Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 204

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 3.

3

Joañis Gews Sermones octo. 251a – 274b

Joannis Gews Sermones octo. Rubro praefixum est nomen authoris Geyss. Primus incipit: "Erunt signa in sole &c. Karissimi postquam ut confido". De authore dictum est in Cod: CLXXXI. n: 2.

Cod: CCIV.

Chartac: Fol: Saec: 15.

2 4.6.

Thomae de Haselbach Sermones de Sanctis.

Thomae de Haselbach Sermones /: seu ut in codice dicuntur :/ Collationes de festis Sanctorum, et B: V: M:; a festo nativit: S: Joañis usque ad festum S: Catharinae. Primus incipit: "Audite insule &c. Scitis hodie quia festivitatem colimus". Vix non de unoquoque duplex est sermo, et quod miror: longe alia est collectio sermonum ab illa, quae extat in Codice CLXXXV. n: 2. Id tamen non obstat, quominus ejusdem authoris esse dicantur, licet apud eruditos nulla fiat mentio duplicis collectionis; nam quae in fine codicis nostri /: a capite ad calcem eleganter scripti :/ leguntur, omne de authore dubium eximunt. Nam finito de dedicatione templi sermone rubrica est:

Thomae de Haselbach Epigrama. f. 292r

"Epygrama Thome de haselbach.

Gloria Sanctorum merces spectata priorum
Scandere me fecit hoc opus eximium /
Vita beata necem quibus intulit atra potestas
Tyranis hominum Sic populus domini

(a) hic lacuna est.

Scandit ad alta poli perenni gaudet (a)
Sed sic promeruit regna beata patris.
Quos sibi nunc Xtus casto conjunxit amore.
Non mihi sed sumō laus sit in altis deo,
Memores ut nostri qui sarcina pressi delicti
Precamur supplices omnes amore dei.
Talia celestes fieri preconia gaudent
Et sua que valeat munia teste probent
Gloria magna patri. Semper tibi gloria nate
Cum sancto glōria magna patri
Qui dedit ut possem. tantum subire laborem
Per quem ut faciat. libera corda sibi.
Christus ut sic opto. peccati seva potestas
Cedat amor Xtus forcia vincla donet.
Thomam et ipse tuum Synodium qui tibi Scripsit
Suscipe pro meritis visio Xte tui.
Virgo Maria tuis assistas alma tutelis,
Que sic post partum inviolata manes,
Subditum ut populum sic pascat dogmate sacro
Et simul conscendam regna beata dei etc."

Albertus & Sigismundus Duces Austria.

In assere antico referuntur haec: "In die Sanctorum Johanis et pauli hora 3tia in ma„ne sub pulsu primarum duces austrie albertus „et sigismundus fecerunt infringi portam „civitatis circa castrum nolentibus civibus ape„rire, recipientes suos stipendiarios domini du„ces ut dicebatur duo fere milia 1458 qui et „prius plene VIIJ mille stipendiariorum Wien„ne habuerunt."

In assere postico enumerantur expensa pro codice praesenti in hunc modum: "liber „iste continet 24 sexternos computando sex„ternum per 35 denarios sicut emptus est fa„cit in toto 28 solidos // de ligatura medi„am libram 15 den. Illuminatori quinde„cim den. Anno domini MCCCC58 Wien„ne."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 204

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27540

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)